

riam, veteri eorum doctrinæ; novâ placita mirè concillas, ac copiosa eruditione secundas, acumineque profundus ingenij profers de thesauro Tuo nova, & vetera, idest Philosophiam, ac Theosophiam nov-antiquam. Linguarû item peritiâ singularem, qua ad græcorum Primatum sapientiâ, & eloquentiam comparandam Tibi facilem parasti viam. Zelum denique, ut alia præteream innumera, severioris, ac verioris disciplinæ propagandæ, quo errores quoslibet, ac novitates de falsitate suspectas mucrone veluti ancipiti iugulas dùm impugnas. Ex quibus ambigere iam non licebat tantum virum magna quidem nactum, sed ad maiora natum. Nec eventus destitit auspicio, potissimè cum ingenti torius Hispaniæ, imò & univêrsæ Catholici Ecclesiæ gratulatione, ex albo pileo ad purpuram, ex Salmantina Academia ad Romanam Curiam, ex Cathedralis ad eminentiorem orbis speculam, supernæ Maiestatis afluente inspirante, evexit Te beatæ memoriæ Innocentius XI. ut inde pateret omnibus, quanti apud Deum meriti esses, quem, nihil minus cogitantem, per sui Supremum in terris Vicarium, non secus, ac humilem Davidem per Prophetam Samuelem, in gregis sui Principem delegit, ut ex eminentiori Cathedra pasceres Iacob servum suum, & Israel hæreditatem suam, ut non iam Civitas in valle demissionis suæ delitesceret, sed supra montem locaretur altissimum, nec lux tanta sub modio latitaret, sed supra candelabrum univêrso claresceret orbi, errorumque tenebras univêrsalius profligaret activioribus doctrinæ, ac eruditionis radijs. Huic nunc muneri indefessè, ac feliciter incumbis. licet innumeris Romanæ Curie prætoris, ac negotiorum occurrentium expeditionibus simul assistens. Testantur id Hispanorum Conciliorum volumina, quæ in Nationis nostræ gloriam, ac Ecclesiasticæ disciplinæ reformationem promulgas, in quibus severiorem morum disciplinam instaurare scopus est præcipuus, ac probabilissimum luxuriantem compescere, ut in secundo volumine lectori præmittis.

Hęc meminèrim, EMINENTISSIME PRINCEPS, ut inde causas, & motiva eliciam, quæ meam excitarunt pusillitatè, extorqueruntque fiduciam ad hoc Tibi libandum opus, si namque huius generis munera in amoris, ac venerationis tesseram sacrari consueverunt, cuiusnam aptius hunc mentis factum sacrandum decernerem, nisi in quem voluntas tantis allecta motibus sapelexque affectus toto pondere fertur iam diu. Si nem in gratitudinis monumentum, quo munere olim Tuo præsidio, alijsque favoribus cumulatus, oportuniore grates rependerem, quam opere isto? Quandoquidem non iam auspicamur, sed scimus patentèr eius doctrinam Tuo sapientissimo placitum iudicio, discretissimo obsecuturâ zelo. Si denique similia pignora patrociniû querunt dùm sacrantur, ingenuè fateor, necessitatis, non libertatis fuit. Tantum Mæcenam huic operi delegisse. Vbiq; namque varios ad-

93

verfa-